



## **Qvadripartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv**

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

**Grodzicki, Stanisław**

**Ingolstadii, 1609**

Prooemivm.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56003)



# FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

*Passio Domini nostri IESV  
Christi.*

PROOEMIUM.



EQVE textus Evangelicus, neq; diuisio vlla hic præmittitur. Hoc enim respectu quidem sacre historiae in prima concione breuiter, respectu vero nostrarum concionum in præfatione huius tertij tomi abunde præstitimus. Illud vero & insuetum est & fieri nequit. Insolens est enim in eiusmodi concionibus lectionem Evangelicam præmittere, quod tamen aliis diebus huius in partibus fieri est vsitatum. Sed



Sed & iuxta instituti nostri rationem fieri nequit. Cum enim nos totam passionis Christi Iesu historiam tractandam, & explicandam susceperimus, nullus vero Euangelistarum eam exactè solus conscripserit, ex omnibus quatuor concordia quædam Euangelica colligenda nobis erit, quod Christo duce faciemus: & ut quisnam sit sacer textus omnibus constet, illum maiusculis quos vocant, characteribus imprimendum curauimus. Reliqua verò quæ hic notanda erant, in illa præfatione habentur.



# CONCIO I.

*Litera cum doctrinis, & imitatio.*

**A** Marissime, ignominiosissime, & crudelissima passionis ac mortis Christi Iesu Domini nostri quæ pro nobis proque peccatis salute ac redemptione nostra ultro, & spontaneè

*Memoria  
passionis  
IESU.*